

CAP. 40. *devotæ cum Deo.* 337
adjuvet: Cui respondet Psal. 91. Cum ipso
sum in tribulatione: eripiam eum & glori-
ficabo eum. Psal. 13. precatur anima: Il-
lumina oculos meos, ne unquam obdormiā
in morte: Cui respondet Oseæ 13.
*De manu mortis libembo eos, de morte re-
dimam eos.* Ad Philip. 1. inquit anima:
Cupio dissolui & esse cū Christo: Ei respon-
det Christus Luc. 13. *Hodie tecum eris
in Paradiso.* Breviter, totus codex veri-
tatis divine aliud nihil est quam collo-
quium animæ fidelis cum Deo: quæ
quoties ad Deum suspirat, & illi affli-
ctiones suas quæritur, toties Deus vel
per internam, vel per verbi sui confo-
lationem ipsi respondet. *

CAPUT XL.

COLLOQUIUM FIDEI CUM misericordia Dei.

Psal. 85. *Misericordia & veritas ob-
viaverunt sibi: justitia & pax of-
culat & sunt.*

Misericordia Dei obviat nobis per
interna fidei nostræ colloquia,
eadem circumdat nos, ut est in Ps.
32. & ex Prophetæ Jeremiæ cap. 3. nos
compellat: *Revertere ad me, & nō irascar
in perpetuum: quia sanctus ego sum.* Ve-
runtamen